

*Lytrodonia Fenn. XVI.*  
IMMANUEL!

DISPUTATIO THEOLOGICA,  
De  
VERSIONE BIBLI  
ORUM B. D. MARTINI LUTHERI  
Germanicâ, & inde in quibusdam  
dependentibus, Svecanâ ac  
Fenningicâ.

In Regiâ Academiâ Aboënsi,  
*Consensu Max. Rev. Fac. Theologica,*  
Publicè examinanda,

PRÆSIDE

ENEVALDO SVENONIO,  
Q. G. A. SS. Theol. Doct. & Professore  
Primario.

RESPONDENTE

DAVIDE Wising / Smol.


Ad diem 28. Novemb. Anno *Xeisojovias*  
M. DC. LXXXIV.


ABOÆ,

---

Exc. apud JOH. L. WALLIUM, A. T.

*Erich Th.*





**S**olent qui naturales atq; genuinas undas  
haurire satagunt, quam plurimum i-  
psam scaturiginem adire, spretis gur-  
gitibus cum rivulis quibusvis: eodem modo illi,  
qui Sacram Scripturam ex fundamento evol-  
vunt, non contenti sunt corticem solum lambe-  
re, vel versiones vulgares inspicere, ad fontes  
properant, h. e. ling. Hebræam Veteris ac  
Græcam Novi Testamenti, ceu versio-  
num omnium Canonem & regulam ex-  
actissimam: Quæ ad verum sacrarum litera-  
rum investigandum sensum, ad ipsam inqui-  
rendam Orthodoxiam, non minimum, verum  
maximum, maximo omnium consensu offert  
emolumentum, & ex emolumento perfectio-  
nem tantam, quantam unquam vidit, aut ca-  
pere potis est nostra, quam heic circumferimus  
infirmitas. Laudantur Ægyptii apud Esaiam  
Prophetam, quod discere flagitarint, lingvâ lo-  
qui Chanaanæ, quò melius mysteria & magna  
lia vera Ecclesia Israëlitica, intra Chanaan  
auribus pariter ac intellectum percipere possent.  
Ceterum mare est scriptura, cujus profunditas nū-  
quam satis explorari, latitudo nunquam dignè  
eme,

arme/ dürstige/ dürre Herrn in unserm  
 Regiment/ aber mein Son Messia, der  
 Zur Israel/ das ist der Man/ der hat  
 den Sieg über Sünde/ Tod/ Teuffel/  
 Helle/ Welt und alles erhalten/ der hat  
 ein Regiment/ das heist ein Regiment/  
 darinnen er das thut und anrichtet/  
 das er alle die seinen ewiglich gerecht  
 und selig macht/ das heist gegrünet/  
 geblühet/ fruchtbar sein/ und das nim-  
 mermehr verdorren kan. Ich habe  
 das Wort HEPHETZ, verdeuscht/ Thun/  
 nach dem Exempel Salomo Eccles. 3.  
 Ein Jeglich hat seine Zeit/ und alles  
 Sürnemen (das ist Thun) hat seine  
 Stunde/ denn so redet man Deutsch/  
 du must ja etwas sürnemen/ das du  
 nicht müßig gehest/ sondern etwas  
 thuest/ da mit du dich neerest/ also  
 heist Thun/ allerlei Stand/ darin sich  
 einer übet in diesem Leben/ und die  
 Philosophi heissens auch placita, propo-  
 sita, instituta, darumb/ das einem dis/  
 dem andern das gefellet/ zu thun/ oder  
 für

für zunehmen / denn HERHETZ heist eigentlich / ein Gefallen oder Willen / Lust / Neigung zu einem Ding haben / denn wer nicht Willen dazu hat / der thut nicht / oder thut / das wol so gut / als ungethan were.

§. 6. γ. Ut ergò distingvendum est inter *B. Lutheri Versionem priorem, ac posteriorem emendatam*, adeoque propius ad mentem Sp. Sancti in multis accedentem; ita quoq; distinctè judicandum fuerit de translatione Bibliorum Svecicorum, quam hætenus habuimus, quæque in quibusdam κατὰ πόδα sequitur Lutheri priorem; & de aliâ novâ, si quæ, (ob infirmos jam multis retrò numeratis lustris priori assvetos, unde etiam Christi Ecclesia in nostrâ patriâ, Deo laus, curâ ministrorum verbi Dei, propè annos jam 150. salutaritè ædificata est) foret necessaria; illa omnium tutissimè, (sine tamen præjudicio) posset elaborari ex assè ad imitationem versionis *Lutheri posterioris*, prout ea nuper à *Dn. D. Abrahamo Calovio* edita est.

§. 7. Ubi tamen commodè decidenda quaestio fuerit: *Anne versio Lutheri germanica posterior, ab omni errore sit immunis?* ad quam respondet Dn. D. Augustus Pfeifferus in critica sacra, pag. 472. his verbis: *Versionem Lutheri maximè aestimamus, at impeccabilem negamus*, ubi provocat ad testimonia *Waltheri*, in officinâ bibl. *Sixtinae Amamae Calvin.* in *Antibarbaro biblico*, tanquam *Luthero iniquioris.* *Melch. Zangeri*, pont. refutati tamen in *vindictis Michaëlis Beringeri*: item *Holzai Jesuitæ*, quem retorsit *D. Grosham Prof. Erfordensis.*

§. 8. Videamus igitur, spretis cæteris ceu *Lutheri hostibus*, & examine-mus, *B. Dn. D. Mich. Waltherum in off. bibl. pag. 392.* ubi hæc scribit, & seqq. *An non autem planè nihil in versione Lutheri desiderari queat?* *Quaestio est negotiosa, nec infructuosa, utur fortè quibusdam videatur periculosa.* *Ubi præviâ tamen solenni protestatione, me nec puriori doctrinæ*

& Religioni, nec incomparabili auctoritati,  
 nec sudoribus & meritis inimitabilibus tanti  
 viri, quidquam detractum cupere & imminu-  
 rum ire, Negativam intrepidè arripio,  
 hisce fretus argumentis. 1. Quia versio est,  
 igitur nec fontibus equiparari, nec pari cum  
 iisdem ἀναμαρτυρία καὶ ἀνεγκλησία gaude-  
 ro potest. Neq̄ nos eam habemus authenti-  
 cam, ut per insigne mendacium Bellarminus  
 nobis tribuit L. 2. de V. D. c. 10. 2. Quia  
 Lutherus ipse partim ad fontes & ad Lin-  
 guarum sacrarum studia in omnibus dubiis  
 nos unice amandavit, quod patet inter alia  
 ex præfat. Lat. super Psal. 45. partim se-  
 cum gratiarum actione agnitorum, sicubi  
 error commissus sibi monstratus fuerit &c. par-  
 timq̄ bibliorum versionem semel adhuc se-  
 velle percurrere & perfectiorem reddere non  
 die ante beatum obitum pronuntiavit, quod  
 minimè fecisset, si editionem, qua nobis est  
 postrema, omnibus q. numeris absoiutam esse  
 judicasset. 3. Quia à vulgatâ versione non  
 ubivis, etiam ubi à fontibus alienior erat, si-  
 bi duxit discedendum. 4. Quia alicubi du-  
 biotenus, majoris fecit Collegarum suorum,

quos in hoc opere sibi adscriverat, iudicia, quam suum proprium, pro innata sua humanitate & humilitate nolens omnia ad vivum refecare. 5. Quia Collegis illis, prout ex verbis Mathesii supra audivimus, etiã postfata Megalandri non fuit religio, hoc & illud mutare meliusque exprimere, salvã interim & illasã existimatione & reputatione sui principalis. 6. Quia à v. v. & Collatio quorundam cum fontibus, licet eorum numerus sit non adeò magnus, nos evidentèr cogit & convincit, ut preferamus & magis amicam habeamus veritatem divinitus patefactam in ipsissimis Prophetarum Apostolorumque Originalibus. Hac ille.

§. 9. Sunt autem pauca illa dicta scripturæ S. quæ ille vult, *Waliberus* sc. non ita commodè a *B. Luthero* in post. editione translata esse, seqq. ad quæ singula tamen aliquid respondebo:

Gen. 6. v. 16. legitur, *Ein Fenster soltu dran machen oben an einer Ellen groß.* Ubi cubitus malè videtur referri ad fenestram, nam



nomen *Tzohar*, quod fenestram notat, masculinū est, in verbo autem *Consummandi*, hebraicè *Tecal-lennah*, quod planè omittitur in vernaculâ, visitur affixū fœmininum, quod respicit nomen fœmininum, *Tebah*, id est, arcam, de quâ hoc præcipitur, *ad cubitum consummabis eam desursum*. Sic itaq; hoc tectū arcæ concernit, quod ultra arcam ad cubitum fuit elevatum & consummatum, ut aër sub illo tecto liberè potuerit commeari & attrahi per tubos ex singulis cellulis eò usque erectos. & sic fons sensum suppeditat talem: Ein Fenster soltu dran machen / und solt ihn (den Kasten) einer Ellen hoch ausführen von oben her.

Respondeo a. paritèr Svecus: Ett Fenster skal tu göra ther åstwan vppå /

een Aln stoort. β. Juxta Walth. Et  
 Fenster skal tu ther på göra / och skal  
 honom ( Arken ) een Aln högt vrb-  
 föra åfwan effter. Ubi modus indica-  
 tur inædificandi arcæ fenestram, sub-  
 obscurus. *Lutherus* rem ipsam breviter  
 sed clarè profert. γ. *Finno* utrumq̃ luci-  
 dè exprimit: *Utkunan sinun pitã te-  
 kemãn / ja sen vlbãldã finnãrãlle pããtã-  
 mãn. h. e. Fenestram facies, eamque  
 desuper cubito consummabis: d. Antea  
 dictum est Metaphrastas observare literas  
 adeoque genera Grammatica; Paraphrastas  
 non item. ε. Ubi res eõdem recidit, non  
 opus est quærere nodum in scirpo: ins-  
 terdum enim melius est, ubi non pericli-  
 tatur fides, sequi vulgarem simplicita-  
 tem, quàm affectatam ἀνεῖβειαν urgere.*

§. 10. Gen. 22, v. 14. legitur :  
 Auf dem Berge da der HErr siehet.  
 Et in scholio additur, Ebræi di-  
 cunt, *Dominus videbitur.* sed nos  
 Hieronymũ secuti Rabinos Gram-  
 ma-

maticos cum suis punctis & Cametz hoc loco negligimus, & sine punctis dicimus, Der Herr siehet/ das ist/ Gott forget für alles und wachet. Etiam si sensus ille, *Dominus videbitur*, sit pius valdè, quòd Deus apparet ubi verbum ejus docetur, quod Rabini Grammatici non intelligunt. *Sic glossa*. Nimirum B. Lutherus puncta vocalia negligens verbum *Irah*, quod bis usurpatur in uno eodemque versiculo, maluit uniformitè reddere; at enim verò, quia quod alibi docetur, puncta negligenda non sunt, & diversa punctatio verbi istius unius, bis positi in fonte, occurrit, ita ut Abraham dicat *Jebovah jireh*, & Moses suo etiamnum tempore dictum referat *Jebovah jeraëh*;

diversa quoque interpretatio necessario erit admittenda, ut sicut prius rectè redditur, *Der Herr siehet* / ita posterius hoc modo exprimat *Der Herr wird gesehen werde.* Et quidem non solum ob sensum indicatum generalem, qui verbi prædicati doctrinam respicit, sed & cum primis ob hunc maximè specialem, quo innitur, *videbitur Jehovab*, videlicet *Messias*, qui se in tractu hoc Hierosolymitano & terra *Morija* videndum ac conspiciendum exhibebit. Quo pacto hæc prophetia esset illustris, incarnationis Filij Dei, patriarchis data antiquis, ad sustentandam fidem eorū in assiduâ veri messiaë expectatione. & recordor jam denuò testimonij, quod ex mathesio superius adductū est

est, Megalandrū, dum viveret, per quam lubentē admisisse, quin & arrisisse, si quis Dominum IESUM in aliquo oraculo monstrasset: procul igitur omni dubio, hæc quoq; interpretatio ipsi non fuisset aduersa, &c.

§. II. *Respondeo: a.* Neutra translatio est heterodoxa, quamvis una solū genuina, qualis Svecā: På Berget ther Herren sedd warder. & Finnica: Wuorela cusa Herra nāhdän: quale paulō ante fuit iudicium de loco 2. Sam. 23. 5. ubi quamvis versio Germanica B. Lutheri fuerat genuina, non tamen Svecā heterodoxa erit, quamdiu retinetur hic sensus, quōd David loquatur in personā Christi, non de suo, sed regno Christi; sic Psal. 22: 1. seqq. Aliud est dicere hunc psalmum esse intelligendum de Davide profugo, sensu comūni, vel juxta *Grozium*, sensu sublimiore ad Messiam respici; hoc enim utrumq; *Calvinianū* foret,

con.

conf. Hutt: in Calvino Judaiz. aliud verò est dicere: Hanc querelam: *Eli Eli Lamma Asabthani*, Deus mi, mi Deus, quare dereliquisti me Matt. 27: 46. soli Christo JESU Nazareno competere, nequam Davidi, quod est genuinum & orthodoxum: Interim tamen neq; est heterodoxum dicere: Davidem in hoc psalmo tanquam prophetam, locutum esse ea verba, quæ Christus erat sonorâ voce locuturus in cruce, seu in personâ Christi clamantis in cruce locutum. conf. Bibl. illust. Dn. D. Calovii super Psal. 22. (β) Non negat tamen B. Lutherus T. VI. Witeb. Com. in Gen. pag. mihi 308, sic quoque recte verti: *In monte Dominus videbitur*. Verba ejus sunt seqq: *Communis sententia est omnium interpp. passivâ vocem hic retinendam esse, & legendum, in monte Dominus videbitur. nec dubito Hieronymum initio sic reddidisse, sed alterius cujusdam scioli aut notarii vitio mutatum esse, qui putavit posteriorem particulam cum precedente convenire debere. Et postea: Et si igitur rectius, ut Hebraei volunt, passivo signi-*

gnificatio retinetur: tamen usu detorta est vox, de passiva in activam (sc. ex auctoritate *Burgensis* conversi Judæi, ad quem paulò ante provocavit) ut significaretur Deum ibi adesse & vigilantes oculos dirigere in suos cultores. *γ*. Libertas hæc *B. Lutheri* fluxit, ex opinione ejus de mobilitate punctorum vocalium in-textu hebræo, idque propter infideles Judæos, ut videre est ex ejusdem libro de *Schembamphoraschin* Tom. viii. Jen. Germ. p. 135. ubi hæc scribit: Wo sie (die Jüden) die Biblia diese 1500 Jahr/ mit puncten, distinction, cōjugation, &c. haben können von unserm Messia und Glauben/wenden/ und dem neuen Testamente unehnlich machen/ das haben sie mit grossen und rasenden Fleis gethan/ &c. Et paulo post: Wie dieser Weise / kund man der Jüden Verstand in der Biblia fein schwächen/ und ist das Verteil da/ das Mose und die Propheten nicht haben mit puncten geschrieben / welchs ein new Menschen-Sündlein / nach ihrer Zeit außbracht / darumb nicht Noth ist / dieselben so steiff zu halten / als die Jüden gern wolten / sonderlich/ wo sie dem neuen Testament zu wieder gebraucht werden. *Megaladrum* secuti sunt nostrates *B. Gesnerus* in Psalmos, *B. Hutterus* in Triumpho

de Regno Pontificio, *Franzius* de interp. Script. &c. Plures verò nostratium, punctationem bibliorū Hebr. ejusdem esse antiquitatis, cum ipso textu statuunt ac probant: *Flacius* in clavi, *Chemnitius* in Harm. *Hassenrefferus* in Templ. Ezech. *Jacob. Mart.* de script: S. *Gerhardus* in locis, *Wellerus* in Pecul. Disp. Dn. D. *Calovius* in Crit. s. & LL. cc. de Script. S. *Waltherus* in Offic. Dn. D. *Danhawer.* in Hodos. *Tornovius, Brochmand. Olearius, Althoferus, Glossius, Wasmuth, Groshain, Fridlieb, &c.* E reformatis verò, puncta hodierna vocalia, non esse inventum humanum sentiunt: *Junius, Alstedius, Polanus, Buxtorffius, &c.* conf. D. *Augusti Pfeifferi* nostri critica sacra, ubi probat veris argumentis, puncta hodierna, ab auctoribus *ἑσπερίων* esse profecta, simulque puritatem fontium contra Judæos & Pontificios accuratè vindicat.

6. 12. Exod. 7. v. 12. De magis Ægyptiacis refertur, Ein jeglicher warff seinen Stab von sich/ da wurden



würdē Schlangen daraus. Cogitent literati, an hoc locum habere possit, quòd serpentes facti sint ex magorū virgis? mihi videtur, quòd non, quia creaturarum transmutatio, ceu soli Deo, *quē unus miracula facere potis est*, Ps. 72: 18. competens, diabolo & ipsius organis simpliciter impossibilis est. Fons hoc saltem innuit, *projecisse unumquemq; virgā suam, & fuisse in serpentes. Sie würden zu Schlangen.*

*Respondeo: α. Pariter Svecus: Och wordo Ormar ther af. β. Finno ambidexter: Ja ne tulit Kermexi/ utrumq; significans, och the wordo Ormar: Item, och the wordo til Ormar. γ. Omnino E. hoc loco excusandus Lutherus est: aliud enim est fieri serpentes κατὰ δόκησιν, aliud κατ' ἀλήθειαν, de priori locutus est Lutherus; de posteriori Waltherus: lis ergò de Asini umbrā est.*

§. 13. Exod. 38. post versum 14<sup>o</sup> omittuntur hæc verba, quæ in fonte habentur, in LXX. vers. in Targum & in vulgatâ, quæq; Osiander rectè retinuit, und auff der andern Seiten fünfzehn Ellen/ das ihrer so viel war auff der einen Seiten des Thors am Vorhose/ als auf der andern/ mit drey Seulen und drey Füßen.

*Respondeo: a.* Quæ sunt per accidens non sunt curæ arti. *β.* Facilè enim ob repetitionem similium vocum, quædam verba incuriâ scribarum potuerunt omitti, quæ tamen procul dubio ritè à B. Luthero sunt translata. *γ.* Eadem verba etiam in Bibl. Suec. Prætermissa sunt, procul dubio ad imit. Bibl. Germanicorum. Pariter in Bibl. Finn. ad Exemplum Bibl. Svecorum. *δ.* Magis E. excusandus esse videtur Germanus interpres, ac hi cæteri, istum scribarū defectum diligentius postea non supplentes.

§. 14. Lev. 15.

Ad

*Doctrinā Virtutumq; coronā exornatissimam Juvenem,*

DN. DAVIDEM Wising/ Smol,  
Amicum & Commilitonem meum per-  
dilectam,

DAVID VISINGIUS,

*Αναγεγραμμένη*

DIVINUS GAUDIIS.

*Εξερχασία:*

GAUDIA DIVINUS, qui vult contende-  
re ad alma,

Is VI DAVID erit SINGIUS alter  
ut est.

*L. Mq.*

PRÆSES.

Προς

Πρὸς τὸν τῆς θεολογίας ἀντιποιέμενον ἄν-  
δρα νέον πεπαιδευμένον

Ζύειον ΔΑΟΥΙΔ ΟΤΙΣΙΝΓ,  
Φίλον με τιμίον.

Δύσκολον μὲν τὸ εἶναι Ἰσχυρίημα, ἀλλ' ἵ-  
ὄσω δυσκολώτερον, τοσάτω ἐπαινετέον  
μᾶλλον. Ποικίλας γὰρ εἶδομαι, ἀλλὰ δια-  
φέρουσας τὰς τῶν ἀγίων γραμμάτων ἑρμη-  
νείας, ὡσεὶ τῶν Ῥωμαίων, Φράγκων τῶν δυτι-  
κῶν, Βελγίων καὶ Κύμβρων, μίας μέτρα  
τῆ νῦν ἔσης τῆς τῶν Σβήκων μεταφράσεως.  
Περὶ δε τῶν τῶν ἀπιστῶν ἐκ ἂν ὀρθῶς  
διακρίσεις, εἰ μὴ ὁ τῶν πρὸ τὰς γλώσσας  
ἑβραϊκὴν καὶ ἑλληνικὴν ἐμπειρότατος. Καλῶς  
ἔν ἐποίησας, ἐκλέξας καθηγήτην καὶ τῆς δια-  
λέξεως πρόεδρον, τὸν πρὸ τὰς γλώσσας τὰς  
ἐναὐθλικάς καὶ τὰ ἅγια γράμματα ἅπαντα  
διαλείψαντα τὸν βίον, καὶ ἔτω τὰ σοι χαλε-  
πῶς ἐνημέρα ραδίως σε διδάσκειν δυνάμενον.  
Ἐπαινέων ἡ εἶς πράξις, ἡ καὶ εὐτυχίαν προσ-  
εύχομαι. Ἐρῶσιν.

E. FALANDEK.

In

In Juvenem,

*Cum literarum decore, tum morum elegantia,  
Pereximium ac Præstantissimum*

DN. DAVID Wusing/  
Sympatriotam & Consanguineū  
maximè adamandum.

**S**tridenti fundâ fortis DAVID Golia-  
thum,  
Prostravit, vasta mole, juvante Deo;  
nō aliter David noster prostrernere pergit  
Calvinos hostes, per sacra verba Dei.

L. Mq; apposuit  
ABRAHAMUS L. MELLIIN,  
Junecop. Smol.

---

**E**xplicando nobis referunt, Frater Germane,  
membra plurimum arida & macilente fa-  
cies; quot postponit Somni tempora pervigil,  
quot Galeni horas supputabit quot denique  
antevertat, tum suis exsequendis muneribus  
promtissimas tum generi humano consultissi-  
mas, tum vel ob Studiorum faciliorem stre-  
pitum, vel Spirituum vigorem, vel solis pur-  
gantem aëra ortum literis certè sancitas,  
literis à Deo immortalis creatas ac productas  
Auroras; quicumq; Demosthenem accedit, aut  
Aristotelem Philosophum colit. Adeo men-  
sem

tem fatigat natura, inquietat sensus exer-  
cet intellectus. Hinc tamen quis dignus edi-  
xerit, quantâ sedulitate quantumq; obsequio  
humiliter tractanda veniunt Ambrosii sum-  
mè sapida, summa suâ dulcedine acceptissima  
fercula? sed quæ singulis reliquis exercitio-  
rum tanto magis profunditati immersa dixe-  
ro, ut vel audeant repugnare naturæ sterne-  
re ceu vilem humanum sensum; & sæpius in-  
tentare, quibus suis machinis ipsum adeo in-  
tellectum turbando detrudant. Quo ergo  
maiori studio, tanta mysteriorum omni tem-  
pore sectatus fueris Frater amande, tanto  
nunc graviore consilio, presenti quoq; operi,  
quo veram religionem ceu quovis optimi  
Martis thorace, armat nostri temporis ful-  
gidum fidus, te associasti: hoc maxime nomi-  
ne rite ac pure discas refellere adpersantes  
nec vulgaris, aut ad sordida nati, sed egre-  
giâ arte exculci ingenii tesseras explices  
tuæ sedulitatis speculum Fabricaturus. Di-  
gnum prorsus institutum! sic namq; iubet pa-  
rentum spes, sic svadet, persuadet ac postu-  
lat tua ipsius indoles. De cetero præteritatio  
bi gratulor, & olim talem futurum te spero,  
qualem presentibus cognitum, iudicant plu-  
rimi. Vale ac semper fave

Non magis sanguinis, quam animi  
tuo fratri

HAQVINO A Wifing.